stadt
1910

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602790-p0001-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602790-p0002-9

386.
3
18 5.
1604,2

# DISPVTATIO IVRIDICA

Materiam

# SVCCESSIONIS QVAE AB INTESTATO DEFERTVR,

*vnà*

*Cum diſcrepantia iuris feudalis à Ciuili,*

*Complectens,*

Quam

ADIVVANTE IEHOVA,

PRAESIDENTE HENRICO ANDREA CRANIO IN ILLVSTRI ACADEMIA IVLIA XXIIX. Nouembr. horâ & loco conſuetis, pro viribus defendet:

*Eandemq́;*

Clariſſ.mo & Conſultiſſ.mo viro,

Dn. CHRISTOPHORO Oſterwaldt/ I.V.D.

Reipubl. Hamelenſis Syndico ſpectatiſſimo.

Nec non

*REVERENDO, HVMANITATE OMNIQ; VIRTVTVM GENERE PRAECELLENTiſſ.mo viro Dn. IOANNI FARGEL, Eccleſiæ Hamelenſis Canonico, Seniori digniſſ.mo patri ſuo luſtrico.*

*Itidemq́;*

SPLENDORE FAMILIAE, ERVDITIONE, OMNIQ; VIRTVTVM GENERE PRAESTANtiſsimis viris Dn. HENNINGO, Dn. FRIDERICO, & Dn. CHRISTOPHORO Brandes/ fratrib. germ. patricijs Hildeſienſibus primarijs &c.

*Dominis Mecœnatibus, patronis & fautorib. ſuis ſumma obſeruantia perpetuùm colendis.*

D. Conſecrat & offert.

IOANNES PATTENSEN Hamelenſis.

HELMAESTADII, Excudebat Iacobus Lucius, Anno 1604.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602790-p0003-5

# DE SVCCESSIONE.

## THESIS I.

Ius com. SVcceſſio eſt in ius defuncti conceſſio. *t.t. de acq. her.*

2. Eſtq; ciuilis vel prætoria: illa à iure introducta ciuili; hæc à Prætore, & bonorum dicitur poſſeſſio. *t.t. de bon. poſ.*

3. Vtraq; rurſus eſt vel teſtamentaria vel ab inteſtato: illa à lege defertur mediatè; hæc immediatè & abſolutè rectè dicitur legitima.

*l. 1. 3. de pet. her. & t.t. C. de leg. her.* † *l. 3. §. 2. pro ſoc. l. 7. de R. I.*

4. Legitimæ igitur iuſtæuè ſicubi fit mentio ſucceſſionis, noſtram ab inteſtato, deſignari verius eſt, quicquid etiam dicant, Alciatus, Budæus & Coſtalius.

*arg. l. 3. §. p. pro ſoc. Dn. pracept. Val. Forſt. 1. de Succeß. 16. Gœd. ad l. 130. de V. S.*

5. Tertiam ſucceſſionis ſpeciem, eam ſc. quæ contra teſtamentum eſt, cum Did. Couar. & alijs fruſtra eandem adijcientibus, haud agnoſcimus.

*l. 17. C. de collat. D. Forſt. d. tr. c. 8. 9. 10. Gœd. ad l. 64. n. 5. de V. S.* Contra *Couar. 4. Var. reſ. 21. n. 2. 3.*

6. Vtrum a. is, cuius teſtamentum per querelam inofficioſi, vel per contra tab. bon. poſs. euertitur, teſtatus decedat, vel inteſtatus, controuertitur.

*ar. d. l. 17. l. 15. in f. l. 17. §. fin. de inoff. teſt. Gœd. ad d. l. 64. n. 6.* Contra *Dn. Vult. ad pr. I. h. t.*

7. Stante ſtatuto, vt exiſtentibus fratrib. vel agnatis mater ab inteſtati filij ſucceſſione excludatur, etiam pupillum furioſum & prodigum pro inteſtatis habendos, matremq; ab eorum hereditate arcendam rectè ſtatuitur.

*V. Dn. Forſt. 3. ſucc. 4. D. Gœd. in d. l. 64. n. 4. 5.*

8. Legitima

..7. ij An successio ab intestato proprie legi-
..ma dicatur? ~~ff.~~ d. l. 3. §. de illa. ff. pro socio.
..pponitur casus societatis ita initæ, si quā in
..hereditas alterutri obvenerit, com̄unis fiet, quod de
..asi hereditate intelligi necesse erit: alioq enim in
..certo penitus collata diceretur: quod contra in-
..certitudo vitiat contractum. l. ita stipulatus. 115. ubi
..n. Jas. & alii ff. de V. O. Unde Doctores quaerunt in
..l. 3. quae sit justa hereditas, utrum quae jure
..itimo, an in quae ex testo. Respondere & pla-
..nius est, ad legitimam hereditatem hoc tam pertinere
..: quoniam illa plerumq vel à parente, vel à
..ttono quasi debita nobis obvenit. l. qa ple-
..rumq. ff. pro soc. l. cum ratio. de bon. damnat.
..quod non est in testamentaria, quæ et in extra-
..neum penitus ignotum transfertur l. reten-
..quam. C. de here. instit. Et hinc manifeste
..ui Arum. h. d. l.) diffic ratio elicere, cur non
..illa hereditas ad testamentariam pertineat in d. l. 3.
108. l. lege obvenire. de V. S. quod non solum
..ditatem ab intestato obvenientem, legitimam
..volutus sed ex testo delatum velut legitimam
..Forst. Each. cum Accursio & Al. com. d. l. lege obv.
..endiendam ex secundum latiorem sibi significa-
..onem. At vero d. l. 3. §. p. pro soc. intelligendam esse
..undum strictam et propriam interpretationem, quam
..significationem illustrat ex Hypp. Riminald. in
..in. n. 29. C. quum non patent. prox. Arum. h.
..idem tz vir consistere in intellectum sibi justa
..stum Cael. Riminald.) quas veteres appellarunt qu-
..asi debitum, ut in d. l. 2. ff. de in jus voc.
..dicitur justa mortuo facientem vel per in-
..s volueri, quæ ideo justa dicebantur, quod sacrificia
..dam juste debere mortuis censebantur. Hoc
..commoda ad d. l. 3. §. de illa. ff. pro soc. Arum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602790-p0005-6

THES. 13. ] Legitimati per rescriptum Principis non succedunt, si alii legitimi nati extent.

I. Quia princeps ea quae sunt juris gent. nec tollere nec ijs derogare pot. l. fin. C. si contra jus vel utilit. publ. Cui in c. quae in [illegible] 17. & ibi Maynini Eschn. n. 36. At dominiorum distinct. est juris gent. l. ex hoc jure. 5. de just. & j. l. 1. de acq. rer. dom. ~~Ergo princeps~~

~~Ergo~~ non pot. jus cui domini alicui adimere & in alium transferre, quod saepe fit. Sicuti qui filijs suis natis dominium rerum paternarum acquisitum est.

II. Quia solius utilitatis publicae ratione alicui auferri & adimi permittit l. item si verberatum. 15. de rei vind. & l. venditor 14. §. si constat. ff. com. praed. Quae si non adsit, tunc jus istius illaesum & salvum manebit p. l. [illegible] & d. [illegible]

THES. 16. ] Matrimonium in arti. mortis contractum valet. I. Quia hoc non solum de consensu contrahentis; sed magis de extra talis [illegible] affectio declarari l. cum qs. 10. C. de natur. lib. At sit matrim. ab initio fuisse illegit., & ab ini. [illegible] affectione eam agnovisse, praesumitur matrimonium contractus. II. Quia hic spes sobolis non habenda non desideratur in partibus. Ergo nec totum matrimonium. c. fin. ext. de condit. appos. c. 25. ext. de spons. c. de infidelibus. 4. ext. de frig. & malef. III. Quia matrimonium spiritualis communicatio contrahentibus in extremis. licet nobis. ext. de [illegible] IV.

THES. 17. ]

8. Legitima ſucceſſio rectè definitur herediratis extra caſum vltimæ voluntatis defuncti acquiſitio. Feudale.

*D. Vult. I. R. 74.*

9. Et hæc (ſecus in teſtamentaria) locum etiam ſortitur in feudalibus.

*Gail. 2. O. 145. n. 14. H. Ptſt. 2. q. 4. n. 23. & 75.*

10. PRIMO ORDINE ſeu gradu, naturâ & communi parentum voto ſuffragante, ad ſucceſſionem vocantur deſcendentes, omni ſexꝰ & emancipationis differentia ſublata. I. Ordo, deſcendentium eſt.

*N. 118. c. 1. Vult. 1. F. 9.* Ius com.

11. Hodie itaq; nepotem à patre ſuo, licet emancipato, excludi, cum Donello contra Cuiacium dixerimus.

*ar. d. N. 118. c. 1. in f. Don. 9. Com. 2. Cuiac. in l. f. de lib. & poſth. & in pr. d. N.*

12. Solon. adhuc iure prætorio ſuccedere emancipatos pernego.

*ar. d. N. 118. auth. in ſucceß. C. de ſuis & legit. Forſt. 1. cap. 12. 13. & lib. 8. c. 9. Vult. 1. F. 9. n. 89. & 1. I. R. 74.*

13. Quid iuris in filijs legitimatis? Per reſcriptum principis legitimatos exiſtentibus alijs legitimè natis, non ſuccedere benignius & æquius eſt.

*ar. N. 89. c. 9. 11. §. 1. D. Forſt. 6. ſucc. 36- 37. n. 40. Diſſ. Mynſ. 1. O. 35. Gail. 2. O. 140. n. 4.*

14. Per oblationem curiæ legitimi facti, patris, non cognatorum ſunt heredes.

*d. N. 89. c 4. V. D. Forſt. 6. ſucc. 40. & 5. ſeqq.*

15. Per ſubſequens matrimonium legitimati per omnia naturalibus & legitimis ſimul connumerantur.

*N. 12. c. f. in f. Cœ. in c. tanta. ex. qui fil. ſint legit.*

16. Quid ſi in articulo mortis ſit contractum? Idem vel Menochio reclamante.

*Gail 2. O. 141. n. 8. Forſt. 6. ſucc. 22. Vult. 1. F. 9. n. 93.*

17. Idemnè ſi aliud quoddam intermedium interceſſerit matrimonium? Vtiq; *V. Forſt.*

*V. Forſt. 6. c. 23. Sonſb. p. 9. n. 71. Borch. de F. c. 7. n. 49.*

Feudale. 18. An ergo (vt vulgò creditur) ſuccedunt in feudis? N.

*Sonſb. p. 9. n. 27. vult, 1. F. 9.* Contra *Ef Com. Mynſ. 5. O. 42.*

Ius com- 19. De Nepote, cuius pater naturalis mortuus, vtrum per ſubſeq. matrimonium aui & auiæ legitimari, atq; ita in allodialibus ſuccedere poſſit, videbimus.

*Aff. Couar. p. 2. de matrim. c. 8. §. 2. n. 23. & ſeq.* † Neg. *Gail. 2. O. 141. n. 9. Alciat. 3. παρεργ. 16.*

20. Occaſione præcedentium hîc indagare lubet, an Papa Rom. quoad effectum ſucceſſionis etiam in terris imperij ſibi ſubditum legitimare poſſit? A.

*D. Forſt. 6. c. 34. n. 18.*

21. Inceſtuoſos & adulterinos in totum à parentum ſucceſſione iure repello, ita vt ne quidem eos à parentibus alendos exiſtimem.

*N. 89. c. 15.*

22. Quam iuris ciuilis duritiem iure Canonico correctam noſtri vulgò autumant, à quibus diſſentio.

*c. 13. Qui fil. ſint legit. V. Cuiac. Conſult. 2. Palæot. de ſpurijs c. 46.* Aliter *D. Forſt. 6. c. 50. concl. 3. Couar. p. 2. de matr. c. 8. §. 6. n. 8. per c. cum haberet 5. in f. de eo, qui dux. in matr. quam pol.*

Feudale. 23. Eleganter quæritur, an filius iuſta ex cauſa exheredatus nihilominus ſuccedat in feudis?

*V. c. vn. 2. F. 45. c. vn. §. 2. 2. F. 14. Borch. de F. c. 7. n. 61.* Aliter *Vult. 1. F. 9. n. 96. per c. vn. 1. F. 8. c. 1. §. donare. 2. F. 9.*

24. Succedunt autem liberi in vtroq; bonorum genere partibus ſemper æquis.

*c. 1. §. 1. 1. F. 1. c. 1. 1. F. 8. Gail. 2. O. 116. n. 10.*

25. Non attento, quod fortè in allodialibus inæqualiter ſint inſtituti.

*1. F. 9. Borch. n. 4. Vult. n. 100.*

26. Nî feudum regale ſit, quod ad ſolum deuoluitur primogenitum.

*c. 1. §. 1. 2. F. 55. Gail 2. O. 153. Vult. n. 99.*

A 2 27. He-

Th. 19. l. 1. pr. et 84. in pr. ibi: patruus

et avunculus [illegible] legitimi [illegible]

~~[illegible]~~ [illegible] ad legitimationem [illegible]

2. quia matrimonium [illegible] filius

[illegible] l. 10. C. de natur. lib. Sed si ma-

trimonium initio contractum fuisset, utique filius

jam mortuus legitimus esset. 3. Quia in

locum nepotis adoptari [illegible] etsi filium non ha-

beat. § 5. I. de adopt. l. 37. ff. d. t. 4.

l. 5. ibi: si filio meo mortuo etc. adoptavero

videri eum defuncti fratrem fuisse, post. de grad.

27. Heroica planè & antiqua quæſtio eſt, vter ex duobus filijs, quorum vnus ante, alter poſt regalem natus eſt dignitatem, parenti ſuccedere debeat in regno? Primogenito qui fauent, iure num faueant, non immerito quis addubitet.

*propter l. 7. iunct. l. 5. ff. de ſenator. Schenck Baro 1. F. 14. n. 16. A quo recedunt Mynſ. 3. O. 23. Gail. 2. O. 153. Hot. ill. q. 2. D. Forſt. 4. c. 24. n. 36. & ſeqq.*

28. Hic & nodum iſtum, qui tot hominum excelſa fatigauit ingenia, quemq; Baldus Apollini reliquit, enodare annitemur, vtrum nimirum primogeniti mortui filius iure primigeniorum præferendus ſit patruo ſecundo genito.

*V. Hot. ill. q. 3. Forſt. 4. c. 14. n. 12. Aliter Cuiac. 2. F. 11. plures apud Fach. 6. q. 2. Mynſ. 3. O. 23.*

29. Filiæ, licet ſexus hodiè ceſſet diſcrimen, ſæpe tamen ſtatuto à ſucceſſione excluduntur. Ius com.

*Gail. 2. O. 122. n. 10.*

30. Vnde quæritur, an ſtatuto fœminas maſculis extantibus excludente contineantur etiam legitimati per ſubſeq. matrimonium? A.

*arg. N. 89. c. 8. l. 10. 11. C. de nat. lib. Diſſ. V. apud D. Forſt. 6. c. 37. n. 35.*

31. Contineri eiuſmodi ſtatuto per reſcriptum principis legitimatos, negant Gail. Mynſ.; Quod rectius D. Forſterus & alij affirmare videntur.

*Gail. 2. O. 140. Mynſ. 3. O. 26. Forſt. 6. c. 37. n. 34. confer Menoch. 4. præſumt. 81.*

32. De ſpurijs potiſſimùm quæritur, an ſtatutum patris ſucceſſionem eis deferens de iure ſit validum? Quod tam de feudali; quàm iure communi negamus.

*arg. c. 1. §. naturales. 2. F. 26. l. 2. 4. vnde cogn. Gail. 2. O. 142. n. 2. Forſt. 6. c. 47. n. 5.*

33. Filias à ſucceſſione renunciatione iuratò factâ excludi indubium eſt.

*C. contingat. de iureiur. in 6. c. quamuis. de pact. in 6.*

A 3 34. Ad

34. Ad quam vt dotem acceperint cum quibuſdam non ſemper præciſè requirimus.

*Couar. in c. quamuis. p. 3. §. 2. n. 7. V. Gail. 2. O. 147.*

35. Renunciationem tamen filiæ ante parentes, quorum hereditati renunciauit, defunctæ relictis haud præiudicare liberis contra pleroſq; ſtatuimus.

*Couar. d. lo. n. 14. Marant. in aureo ſpecul. diſp. 10. n. 17. VVeſ. 1. conſil. 11.*

36. Et hi ſunt qui primo vocantur ordine, ita vt liberi primi gradus in capita, vlterioris verò ſiue ſoli ſint, ſiue cum alijs concurrant, in ſtirpes ſuccedant. *N. 118. c. 1*

37. Et quidem iure repræſentationis, quod contra alios in linea deſcendenti extendimus in infinitum.

*arg. d. c. 1. D. Forſt. 4. c. 20. & 21. n. 2. 6. H. Piſt. 2. q. 19. n. 4.*

38. Quid autem ſi diuerſorum matrimoniorum liberi ad patris defuncti concurrant ſucceſſionem? Communis parentis bona conſequuntur æqualiter: Lucra verò nuptialia cuiuſq; matrimonij liberi habebunt præcipua.

*l. f. C. com. de ſucc. l. fœminæ cum ſeqq. auth. lucrum. C. de ſecund. nupt. Idq; per d. N. 118. haut credimus correctum. V. Forſt. 4. c. 16.*

39. Et ita parentibus diuerſis ſæparatim ſuccedunt & diſtinctè; niſi pactum de vnione prolium interuenerit.

*l. 3. 4. 5. C. de ſec. nupt. Gail. 2. O. 125. Forſt. d. c. 16. in fin.*

40. De Ivre Fevdali fœminæ regulariter à feudi arcentur ſucceſſione.

*c. 1. in f. 1. F. 14. & 1. F 24. & 1. F. 1.*

Ius. feudale.

41. Idem num ſit de maſculis ex fœminâ deſcendentibus, Interpp. vacillat iudicium? Idem.

*D. Vult. 1. F. 9. n. 27. & 1. F. 4. n. 23. Borch. c. 1. n. 19.* contra *Clar. §. feudum q. 73.*

42. Quod etiam contra alios dicendum, ſi feudum alicui & ipſius heredibus, etiam quibuſcunq;, vel deſcendentibus, vel liberis conceſſum ſit.

*Vult. d. c. 9. n. 28. 29. 30. 31. Piſt. 2. q. 34. vbi vide Diſſ.*

43. Hîc

Non praejudicat matris renunciatio liberis ejus. [illegible] Nam renunciatio ista censetur facta sub conditione: si successio deferatur: cuius vero non fuit delata, defecit conditio. Nam conditionis ... existentiam, nullum jus est ortum ex tali renunciatione.

Filii vero objicere possunt, matrem ipsius nunquam renunciasse; cum renunciatio effectum nunquam habuerit, neque habere potuerit. ...

Quia liberi quamvis jure repraesentationis veniunt, veniunt tamen jure proprio, nec attenditur materna aut ... renunciatio quia nunquam in matre effectum habere potuit. ar. l. si quis posthumos q. §. si filium. ... de suis & legit. ubi ... rumpit testum, quod filiis ... motivum ante patrem. ... de l. quo ... 14. §. f. de novat.

Thes. 37. An ascendentes jure repraesentationis succedant in infinitum? Aff.

1. Quia Justin. in N. 118. c. 1. ... sic tamen ... aut longius gradibus. & ubi in hoc ordine gradum ... Ergo quantumcunque sint dispares gradus, idem erit ... Gradualia enim gradibus sunt ... ar. l. de ... ff. de public. in rem act.

2. ... §. fin. I. h. t. ubi Justin. postquam tradidit, nepotes & neptes, pronepotes & proneptes in locum suorum parentum succedere, tandem adjicit, ut locum habeat in aliis quoque personis ... 3. ... ar. §. ... I. de hered. qual. & differ.

4. Quia jus repraesentationis nihil aliud est, quam originem generationis suae ad eam personam referre, de qua agitur, ut si ad ejus bona aspiramus, repraesentationis jure ostendamus, nos ex ejus ... stirpe h. e. progenie & sobole. §. cum filius. I. h. t. l. 2. C. de suis & legit. l. 1. §. si filiis ff. eod. ... q. 14 ... de bon. poss. At liberi primi gradus omnes sunt ipsae stirpes, nepotes vero & pronepotes, neptes & pr. & si qui sunt alii descendentes, ex his stirpibus repullulant & ita ex stirpe sunt primi genitoris, & ... cum sui patris avi aut proavi in hac ... stirpe ... ramuli subintrant plures, ideo non ... in capita, h. e. non tanquam principia & prima capita stirpium, sive ut stipites, sed tanquam ... primi singularis rami ac brachia omnes unius capitis vice succedunt. Ergo ...

5. arg. §. cum filius. I. h. t. ... Justin. nepotes neptesque in patris sui locum succedere. At qui non eandem aequitatem in ... dixerit: imo ... ratio in l. cum ratio. ff. de bonis damn. liberos ... parentum ... admittit, si ... nepotes pronepotes; sed ... l. liberorum ... de v. s.

6. Denique si pronepos decedens ante apertas tabulas transmittit a proavo sibi relictam hereditatem in suos liberos l. una. C. de his qui ante apert. tab. Ergo multo magis si ipsum repraesentabunt. Hoc est, si ... transmissio fit ad ... liberos in infinitum, multo magis repraesentatio, cum difficilius videatur transmissio, quam repraesentatio. ar. l. 3. C. de suis & legit. l. emancipata. C. ... ad bon. poss. ... nulla ad heredes vindicatio, ... transmittere potuit.

... §. cum filius. ... 15. I. h. t. ubi ... pronepotes non ... alter ... succedat: qua tract. de pronepote & pronepte ... legitur ... legit. in d. §. cum filiis h. t. ... Vel ... In d. §. cum filiis. & sunt. Justin. ... nepotem & pronepotem, ... & illa ... regula: ... In descendente linea grad. proximiorem ulteriorem non excludere. ... repraesentat ... l. ... de ... fact. ... ff. de dam. ...

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602790-p0016-8

43. Hîc quidam diuerſum ſtatuunt, ſi fœminæ militiæ ſint deditæ, armis rebusq; militaribus aſſuetæ: Quibus non accedimus.

*Vult. d.c.9.n.33.* contrà *Aquilam Feudiſtarum And. de Iſern. in c.1. §. hoc autem, de ſucc. feud.*

44. Quid iuris in feudo quod à fœmina conceſſum maſculo? Fœmininum non eſt, ideoq; nec fœminæ in eo ſuccedunt. *Vult.d.c.9.n.40. in f. contra Intrigl. Q.F.28.*

45. Anne fœminæ ſuccedent in feudo empto? Hîc regulæ iuris feudalis ni inſiſtas, Nili facilius inueniens originem, quàm huius quæſtionis deciſionem.

*Mynſ.5. O.73.* contra *Gail.2. O.159.n.5. V. Fach.7.q.37.*

46. Fœminam à feudo per exiſtentiam maſculi ſemel excluſam, non cenſeri perpetuo excluſam veroſimilius.

*Mynſ.5.O.74.n.9. Vult.d.c.9.n.52.* contra *Gail.2.O.148.*

47. Clerici & monachi an ſuccedant in feudis? Hîc (teſte Laur. Syluano) quot capita, tot ſenſus: Nos negamus.

*arg.c.vn.2.F.30.& 2.F.21.c.1.§. qui clericus.2.F.26.c.1. extra.ne cler. vel Monach c.placuit.21.q.3.c.te quidem 11.q.1.H. Piſt.2.q.33.n.12.*

II. Ordo, aſcendentium.

48. Et hæc de ordine primo, qui fuit deſcendentium: SECVNDVS eſt aſcendentium, quo vocantur parentes nullâ ſexus aut patriæ poteſtatis ratione habitâ. *N.118.c.2.*

Ius com-

49. Non referre qui putant, vtrum bona ex linea materna, an verò paterna peruenerint ad filium, probabile quid defendunt.

*arg. N.118.c.2.Mynſ.5.O.55. Forſt.7.c.4.n.12. Fach.6.c.4.*

50. Nec improbabile, q excluſâ matre, bona profectitia (cùm ea & proprietate & vſufructu patris manſerint) patri iure peculij cedere, adſtruunt.

*arg.§.1.2. I. per quas perſon.cuiq; acq Gœd. h.th.38. lit. B.*

51. Et ſic in bonis aduentitijs mater vſufructu, qui fratris, detracto, admitteretur.

*ar.d.§.1.2.iunct.N.118.Schneid. de ſucc. aſcend.n.12.Borch.de grad.p.216.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602790-p0017-3

52. Quid ſi parentes diuerſæ lineæ numero diſpares concurrant? Hîc æqualiter in ipſos diuidetur hereditas, ita vt vnum ex linea paternâ, alterum ex maternâ capiant ſemiſſem.

*N.118.c.2.Forſt.7.c.4.n.12.Mynſ.6.O.55.*

53. Quod tamen iure repræſentationis fieri non dixerimus, illud in linea aſcendenti penitus ceſſare contra Bart. & alios exiſtimantes. *ar.d.N.118.c.2.Forſt.7.c.4.n.23.*

54. Fratres (ſororesuè) vtrinq; coniuncti cum parentibus ſi concurrant, ſimul admittuntur & vnà cum illis ſuccedunt in capita ſeu viriles portiones: Filij verò eorum ex perſona patris prædefuncti quaſi in ſtirpes.

*d.N.118.c.2.verſ.ſi verò cum aſc.N.127.Forſt.7.c.7.*

55. Idq; verum, ſi vnà cum defuncti veniant fratribus fratrum filij: an & ſi ſoli ſint? Tum eos à parentibus excludi cum Cuiac. exiſtimat Borch.: A quibus alij cum D. Val. Forſt. non ſine ratione diuertiſſe videntur.

*Cuiac.in N.118.in f. contra Schneid.in 2. ord.ſucc.n.29.Forſt.7.c.7.n.2.*

56. Vltra fratrum filios nulli cum aſcend. admittuntur.

*d.N.118.D.Forſt.7.c.6.concl.2.*

57. Dixi hoc ius vtrinq; coniunctis datum: Fratres namq; conſanguineos (qui eundem habuêre patrem) vel vterinos (qui vnâ procreati matre) ab aſcendentibus excludi verius eſt.

*ar.d.N.118.c.2.3.N.127.Forſt.7.c.8.n.1.Don.9.com.3.*

58. Dixi ſi concurrant cum parentibus: Quod non ſolum intelligi volumus, ſi pater & mater defuncti eiuſq; fratris & germanorum prædefunctorum filij filiæuè ſuperſint; ſed etiam ſi cum his aui & auiæ, aut proaui & proauiæ defuncti concurrant.

*ar.d.N.118.c.2.verſ.ſi verò cum aſc. vbi diſſ.Iac.de Beluiſo, vt eum refert & refut.Forſt.7.c.6.concl.1.*

59. Dixi fratres & ſorores prædefunctorumq; fratrum ſororumq; filios filiaſq; ex defuncti bonis ſuam conſequi portionem

tionem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602790-p0018-9

An distinctio bonorum, utrum ex linea paterna an v. materna provenerint, sit adhibenda. Arg. 1.

tionem: vnde quæritur, an pleno iure eam conſequantur, ita vt vſusfructus eius ad patrem vel auum in cuius ſunt poteſtate, non pertineat? A. *ar.d.N.118. c.2.N.84.*

60. Et gaudent hactenus hoc ſucceſſionis commodo parentes, niſi inuitis filijs ſecundis ſe funeſtauerint nuptijs.
*N. 22.c.46. Forſt.7.c.9. & ſeqq. Gail. 2. O.98.*

61. Hoc ſiquidem caſu vſusfr. duntaxat cauſam per ſucceſſionem filij conſequuntur, proprietate filijs ex primo matrimonio ſuſceptis vindicanda.
*l.3.C.de ſecund. nupt. N.22. c.46. Gail.2. O.98. Forſt. 7. c.9. n. 3. cuius limit. ponit. c.12.*

62. Quid ſi prior maritus, vxori iterum nubendi teſtamento det licentiam? Ne ſic quidem mater ſecundarum nuptiarum euitabit pœnam.
*D. Forſt.7.c.13.n. 4. & ſeqq. Coraſ. 3. miſc.1. n. 12. Diſs. Gail. d. O. 98. Accurſ. Bald. & aly.*

63. Diuerſum tamen ſtatuimus, ſi conſenſu liberorum mater ſecundò nupſerit.
*D. Forſt.7. c. 13. Gail. d. loco.*

64. Idemnè ſi turpiter & luxurioſè viuat? Idem eſſe Iuris rigore non obſtante, æquitas ſuggerit & honeſtas.
*D. Forſt.7. c. 15. vbi n. 21. hæſitantibus eximit ſcrupulum.*

65. Sed multi adhuc multùm ambigunt, vtrum hæc pœna ſecundarũ nuptiarum locum etiam habeat in patre alijſq; aſcendentibus maſculis ad ſecunda vota conuolantibus? A.
*Cum D. Forſt.7.c.11. ar. N.127.c.f. Pinel.in l. 4. C. de bon. mater. n. 16.*

66. Hanc pœnam parentibus ſecundò nubentibus impoſitam de iure Canon. ſublatam eſſe negamus.
*D.Forſt. 7. c. 10.*

67. De Ivre Fevdali hîc notandum, aſcendentes regulariter in feudis non ſuccedere deſcendentibus. Ius feudale.
*2.F.50. vbi Ff. Piſt. 2.q.19. Curt. p. 3. memb. 2.n.42.*

68. Variè hactenus diſputatum & adhuc ſub iudice lis

 eſt,

eſt, an in feudo filiofam. acquiſito perinde atq; in bonis aduentitijs, patri acquiratur vſusfructus? Quod in vtramq; partem probabiliter defendi poteſt.

*V. Curt. p. 3. m. 2. n. 46. Sonſb. p. 7. n. 9. Mozz. de nat. feud. n. 49.* Aliter *Vult. 1. F. 4. n. 8. Borch. c. 5. n. 48.*

III. Ordo eſt collateralium. 69. Aſcendentium ordine ceſſante, ex tranſuerſo, qui eſt collateralium, prima ſucceſſio eſt fratrum (& ſororum) vtrinq; defunctō coniunctorum, qui vel ſoli in capita; vel cum his præmortuorum fratrum filij quaſi in ſtirpes, ſuccedunt.

Ius com.

*d. N. 118. c. 3. §. 1. Auth. ceſſante C. de leg. hered. Auth. itaq; C. comm. de ſucc. Forſt. 8. c. 1. 2.*

70. Vtrum, ſi ſoli ſint prædefunctorum fratrum ſororũq; filij filiæq;, patruo ſuccedant in capita; an verò in ſtirpes, valdè controuertitur? Prius Aff.

*Cuiac. 2. feud. 11. & conſ. 4. Vaud. 1. q. 24. Don. 9. comm. 4. Fach. 6. q. 3. Diſ. Sonſb. de F. p. 9. n. 100. & ſeq.*

Feudale. 71. Imo non tantum iure Cæſareo veteri, nouo, nouiſſimo, ſed etiam feudali, in capita ſucceſſionem fieri verius.

*l. 1. §. fin. ſi pars her. & c. §. 4. in f. I. de leg. agn. ſucc.* † *N. 118. c. 3. v. ſed & ipſis* † *Car. V. Imp. conſt. promulg. in Comit. Spirenſ. Anno 1529. ſub tit.* Wie Brüder oder Schweſter Kinder etc.

Ius com. 72. Poſt vtrinq; coniunctos vocantur ad ſucceſ. ex altero tantum latere iuncti (vt conſanguinei vel vterini) & ſuccedunt in capita, eorumq; prædefunctorum filij in ſtirpes.

*d. N. 118. c. 3. verſ. his autem. N. 84. Auth. poſt fratres. C. de leg. hered. Forſt. 8. c. 4. 6. & 7.*

73. Quid ſi conſanguinei & vterini ſimul ad fratris defuncti concurrant hereditatem? Illos in bonis paternis; hos in maternis: In reliquis à fratre defuncto aliunde quæſitis omnes ex æquo ſuccedere, communiter receptum eſt.

*Cuiac. ad d. N. 84. Forſt. 8. c. 8. n. 7.*

74. Sed alijs iuri magis videtur conſentaneum, ſi dicamus fratres conſanguineos & vterinos pariter exiſtentes poſt

ger-

germanos eodem modo ac iure vocari; & cum his prædefunctorum filios in virilem ſuorum parentum portionem, quo ipſi fratres germani, p̄defunctorumq; filij ſucceſſuri fuiſſent.

*arg. d. N. 84. & N. 118. c. 3. V. Fach. 6. q. 5.*

75. DE IVRE FEVDISTICO hoc ſigillatim contra pleroſq; notandum fratres conſanguineos cum fratrib. germanis, hoc eſt vtrinq; defuncto fratri coniunctis, ſuccedere in feudis. Feudale.

*H. Piſt. 2. q. 43. Forſt. 8. c. 5. Borch. c. 7. n. 79. Gail. 2. O. 151. & 150.*

76. Quid de fratrib. vterinis? Eos ad feudi ſucceſſionem non admittimus. Ius com.

*c. 1. ibi Ex latere omnes per maſculos deſc. & c. 2. F. 50. c. 1. ibi his vero deficien. 2. F. 11. Sonſb. p. 9. n. 87. & ſeq. & p. 4. n. 14.*

77. Ambigitur, an nullis collateralibus deſcendentium relictis, tranſuerſales aſcendentiũ, vt patruus vel patruus magnus in feudis ſuccedant? Quod non ſine ratione Dd. affirmare videntur.

*H. Hartm. tit. de Feud. O. 17. Borch. d. c. 7. n. 85.*

78. Extremè controuerſum, an agnatus repudiata vaſalli hereditate feudum retinere poſſit? quod tam de feudo antiquo hereditario; quàm eo, quod ex pacto & prouidentia eſt, contra pleroſq; affirmandum. Feudale.

*Mynſ. 3. O. 67. Gail. 2. obſ. 154. Borch. d. c. 7. n. 94.* Diſs. *Vult. 1. F. 9. n. 14. Hart. Piſt. 2. q. 2. n. 16. & ſeq.*

79. Poſt fratres fratrumq; filios tandem omnes collaterales, qui pari inueniuntur gradu, pariter ſuccedunt; & ſemper gradus proximior excludit vlteriorem. Ius com.

*d. N. 118. c. 3. & 4.*

80. Verum hîc anxiè inquirunt Interpp. ad quem vſq; gradum ſuccedant collaterales? Et eos in infinitum, modo cognationem probent: alij cum D. Val. Forſt. ad 10. vſq; gradum incluſiuè de iure ciuili: ad 7. vſq; de iure Saxonico, admittendum exiſtimant. Nobis hîc quid arrideat ipſa vobis ſuggeret diſputatio.

*V. Don.*

*V. Don. 9. Comm.3. in f. & c. 4. VVeſ. in P. n. 3. vnde legit.* † *Forſt. 8. c.9. concl.5. Gail.2. Obſ. 150. n.1.*

Feudale. 81 .DE IVRE FEVDALI feudum ſi rectâ à primo parente ad ſuos deſcendentes tranſmiſſum ſit, collaterales in infinitum ſuccedere pleriq; ſtatuunt.

*Mynſ. Gail. Berch. dd. lo.* † Negant. *id H. Piſt. 2. q. 19. à n. 29. & ſeqq. Vult. 1 F. 9. u. 105. verſ. vt tamen.*

IV. Ordo, eſt coniugum. 82. QVARTO ORDINE (poſt 10. gradum cognatorum, vt quidam putant) vocantur vir & vxor.

*t.t. ff. & C. vnde vir & vxor. Dn. Forſt. 9. c. 2.3.*

Feudale. 83. Et hi ſibi inuicem ſuccedunt in allodialibus, non feudalibus.

*I.F. 15.1. & 2. F.13. vbi gl. fin. Sonſb. p.9. n. 116.*

Commune. 84. His & aliud à Iuſtin. indultum eſt beneficium, vt ſi inopia laborent etiam exiſtentibus liberis vna cum illis, ſi tres vel pauciores fuerint in quadrantem, ſin plures in virilem portionem ſuccedant, reſeruatâ eiuſdem matrimonij liberis proprietate.

*N. 127. c.3. Anth. præterea C. vnde vir &c. Don.9. Comm.1. Forſt.9. c.4.*

85. Et hoc beneficium etiam marito inopi dari puto.

*d. Auth. præterea N.53. c.6. in f. vbi Cuiac.*

V. Ordo, fiſci. 86. VLTIMO ORDINE, reliquis deficientibus vocatur fiſcus, tanquam ad bona vacantia: cui, pupillo ſine legitimis heredibus defuncto, pleriq; cum Accurſ. malè præferunt tutores.

*l.1.2. C. de bon. vac. l.1.2. de I. fiſci* † *l.73. de R.I. vbi Dd. conf. Hot. 6. O. 5.*

87. De ſponſo & ſponſa controuertitur, vtrum p̃ferantur fiſco? Quod ad imitationem Coniugũ non abſurdè dixerimꝰ.

*ar. l.30. de R.I. iunct. l.1. §.2. ff. p dot. l.15. de cond. & demonſt. conf. Gail.2. O.8.*

88. Atq; hæc de ciuili ſucceſſione: ſequitur prætoria, q̃ bonorum dicitur poſſeſſio: ſed cum huiꝰ nullus hodiè aut valdè exiguus ſit vſus, nos hìc filum contentionis abrumpentes, curioſam hoc tempore de ea inſtituere diſputationem & difficiles habere nugas, nolumus.

*V. Oldend. 5. act. 6. ſect. 10. Sichard. ad rubr. C. q. admitt. ad bon. n. 7.*

FINIS.

ULB Halle 3
003 913 791

Sb.

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602790-p0027-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602790-p0028-4

# DISPVTATIO IVRIDICA
Materiam
# SVCCESSIONIS QVAE AB INTESTATO DEFERTVR,
*vnà*
*Cum diſcrepantia iuris feudalis à Ciuili,*
*Complectens,*
Quam
ADIVVANTE IEHOVA,
PRAESIDENTE HENRICO ANDREA CRANIO IN ILLVSTRI ACADEMIA IVLIA XXIIX. Nouembr. horâ & loco conſuetis, pro viribus defendet:
*Eandemq́;*
Clariſſ.^mo & Conſultiſſ.^mo viro,
Dn. CHRISTOPHORO Oſterwaldt/ I.V.D.
Reipubl. Hamelenſis Syndico ſpectatiſſimo.
Nec non
*REVERENDO, HVMANITATE OMNIQ; VIRTVTVM GENERE PRAECELLENTiſſ.^mo viro Dn. IOANNI FARGEL, Eccleſiæ Hamelenſis Canonico, Seniori digniſſ.^no patri ſuo luſtrico.*
*Itidemq́;*
SPLENDORE FAMILIAE, ERVDITIONE, OMNIQ; VIRTVTVM GENERE PRAESTANtiſsimis viris Dn. HENNINGO, Dn. FRIDERICO, & Dn. CHRISTOPHORO Brandes/ fratrib. germ. patricijs Hildeſienſibus primarijs &c.
*Dominis Mecœnatibus, patronis & fautorib. ſuis ſumma obſeruantia perpetuùm colendis.*
D. Conſecrat & offert.
IOANNES PATTENSEN Hamelenſis.

HELMAESTADII, Excudebat Iacobus Lucius, Anno 1604.

3
18 5.
1604, 2
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-602790-p0029-3